Huic dicatur admittēdo regulā. et negetur cōsequentia facta ⁊ distinguatur de consequēte eo ꝙ ly vł tenetur disiunctiue vel disiunctim. Si tenetur disiunctiue consequens est ita verū sicut et añcedens illo modo. vos differtis ab homīe. vel vos differtis ab asino. et sic cōsequens hꝫ probari per partes et non ratione huius verbi differt. Si tenetur disiuncti cōsequētia non valet. sed añs est verum et consequens falsum. vt patꝫ per exponentes. et sic habet probari ratione primi termini probabilis. Sed hec regula tenet generaliter a parte disiūcti ad totum disiunctum. Nam aliquando tenet sic arguendo. Uos estis homo. ergo vos estis homo vel asinus. Et aliqñ ñ tenet vt hic. vos nō estis asinus. ergo vos nos estis homo vel asinus. Nota ꝙ arguendo a pte disiuncti ad totū disiunctū vbi distributio vel negatio p̄cedit non valet cōsequētia. sic dicendo. hoc oīm sophistarū est vł potest esse optimus. ergo hoc oīm sophistarū est optimus

Ab vniuersali ad suam singularem sine debito medio non valet consequentia. Sed contra. hec est bona. Omnis sol lucet. ergo ille sol lucet. et tamen hic arguitur scd̄m regulam ergo regula nō valet.

Huic dicatur ꝙ illud allegatum non est regula sed hec est regula. Arguēdo ab vniuersali affirmatiua ad suam singularē affirmatiuā sine debito medio non valet cōsequētia de forma. Unde potest cōcedi ꝙ predicta consequētia non valet de forma. Quis bene valet de materia.

Item. Ois ꝓpō vera et affirmatiua cōuertitur cū seipsa dictione exclusiua addita totali predicato. Sed contra. tunc ista cōsequētia vꝫ. hō est asinus. significat sicut est. ergo homo est asin⁹. sig̃t p̄cise sicut ē Et ꝙ ista ꝯña non vꝫ. pꝫ qꝛ añs est veꝝ ⁊ cōsequēs fł'm. vt patet p ei⁹ exponētes. sic. hō ē asin⁹. sig̃t sicut ē. et non aliter ꝙ̄ ē. quod est falsum

Huic dicał admittēdo rłam et negeł cōsequētia facta nec arguił scd̄m regulā ſꝫ sic argueretł. hō ē asin⁹. sig̃t sicut ē. . g° hō ē asin⁹ et p̄cise signs sicut ē Aliter pōt huic rñdē cōcedēdo cōsequētiā non tñ ꝓpter regulā. qꝛ non arguił scd̄m illā. ſꝫ qꝛ isti tres termī sicut ꝫ p̄cise sicut ē ⁊ ñ aliter ꝙ̄ ē cōuertūtł. ⁊ concedendo ꝙ ista ꝓpō homo est asinus sig̃t p̄cise sicut est ⁊ non aliter ꝙ̄ sicut est ſꝫ nō adequate. ⁊ concedatł ꝙ hec ꝓpō sig̃t p̄cise sicut ꝫ ⁊ hoc sic ꝓbatł. hec sig̃t sicut ē et ñ aliter ꝙ̄ sicut ē ⁊ ip̄e ꝓbās sic ꝓbat ꝙ sig̃t sicut ē: et sic ē et nō aliter ꝙ̄ est g° ⁊c. demōstrādo. hoīem eē asinū qđ est veꝝ. vñ hec duo p̄nt cōcedi sicut non repugnātes hec sig̃t sicut est et hec significat aliter ꝙ̄ est. vt ille cōceduntur vos amatis hoīem ⁊ vos amatis nō hoīem

Similiter illa regula. Arguendo ab inferioꝛ ad suū

superius sine negatōe sine distriubutōe et sm̄ aliq̄ dōne hn̄te vi negatiōis vł distributionis ē ꝯn̄a bona. Sz cōtra. ex hoc seqꝛ ꝙ nccm̄ ē īpossibile sic aial eē hoiem ē nccm̄. et aial eē hoiem ē īpossibile. ergo nccm̄ ē īpossibile. ꝙ anial esse hoiem est ipossibile. pꝫ ꝑ ei⁹ officiātes. quia asinū eē hoiem ē īpossibile. ergo aial esse hoiem ē impossibile. pꝫ ꝯn̄a. qꝛ arguiꝛ ab inferiori ad suū superius sn̄ negatione siue distributione ꝛc. An̄s pꝫ de se. Huic dicaꝛ admittēdo regulā et negeꝛ argumētū et distiguaꝛ de an̄te tā ꝓ maiori q̄ꝫ ꝓ minori vtꝝ teneꝛ in sensu ꝯpoito vł ī sēsu diuiso. Si vtraqꝫ teneꝛ in sēsu ꝯposito. sic minoꝛ est falsa ꝛ ipossibile. vt pꝫ per eius officiantes. Et si maioꝛ teneꝛ in sēsu cōposito et ī sēsu diuiso nō vꝫ ꝯn̄a sed an̄s est veꝝ et ꝯn̄s falsū. et cū arguiꝛ sic. asinū esse homiem ē ipossibile. ergo anial esse homiem ē ipossibile. negetur ꝯn̄a et distiguaꝛ vtꝝ ꝯn̄s tenetur in sēsu ꝯpoito vel ī sensu diuiso. Si tenetur ī sēsu diuiso ꝯcedatur ꝯn̄a. qꝛ tūc arguiꝛ scd̄m regulā. Si tūc argui sic. et ꝯn̄s teneꝛ in sēsu cōposito nō vꝫ ꝯn̄a. nec arguiꝛ scd̄m regulā. qꝛ arguitur cū ipedimento. s. cū negatiōe ꝑposita quo ad debitū intellectū. vnde cōcedatur ista ī sēsu cōposito aial esse hoiem est nccm̄. et concedatur ꝙ aial eē hoiem ē impossibile in sensu diuiso

Item regula est ī oī cōsequētia bona et formali q̄dquid sequitur ad cōsequēs seqꝛ ad an̄s. Sed cōtra. hec ꝯn̄a ē bona. q̄drupedale ē ergo bipedale est. sed hic aliq̄d seqtur ad ꝯn̄s ꝙ non seqꝛ ad an̄s. ergo regula n̄ valꝫ. Minor ꝓbaꝛ sic. ad ꝯn̄s seqꝛ ista ꝓpō pedale est maxia ei⁹ medietas quia sequitur bipedal est. ergo pedale est maxima eius medietas. sed illa ꝓpō non sequiꝛ ad an̄s. Nā illa cōsequētia nō vꝫ q̄drupedale est. ergo pedale ē maxia ei⁹ medietas. Huic dicaꝛ cōcedēdo regulā. et cōsequētiā factā et negeꝛ ꝙ aliq̄d sequitur ad ꝯn̄s qd̄ nō seqtur ad an̄s. et dr̄ ꝙ hec ꝓpō pedale est maxima ei⁹ medietas. sequitur de modo ad an̄s q̄ sequiꝛ ad ꝯn̄s nā sequitur ad cōsequēs scd̄m ꝙ ly ei⁹ refertur et ly bipedale. et sic sequitur ad an̄s. quia hec est cōsequētia bona. bipedale est. ergo pedale est. maxima ei⁹ medietas. i. bipedalis.

Item cōtra istā regulā ī oī cosnequētia bona et formali quicq̄d an̄cedit ad an̄s an̄cedit ad ꝯn̄s. Nā illa ꝯn̄a ē bona. pr̄ est. ergo suus filius ē. ꝛ tn̄ aliq̄d an̄cedit. ad an̄s qd̄ nō an̄cedit ad ꝯn̄s. qꝛ illa ꝓpō filius est. an̄cedit ad an̄s ꝛ nō ad ꝯn̄s. nā seqtur filius est. g⁹ pater ē. ſꝫ non seqtur fili⁹ est. ergo suus filius ē. Huic dicaꝛ cōcedēdo regulā et ꝯnam factā et dr̄ ꝙ illa ꝓpō fili⁹ ē. an̄cedit ad an̄s. ꝛ sic ipo mō q̄ illa ē. pr̄ est an̄s ad ꝯn̄s. nā illa an̄cedit ad ꝯn̄s scd̄m ꝙ ly suus referꝛ ad ly pr̄. etiā si filius ē. an̄cedit ad ꝯn̄s. Nā sequitur. filius est. ergo suus filius est. id est patris filius.

Alia regula. A negatiua de ꝑdicato finito ad affirmatiuā de predicato īfinito cū cōstātia subiecti est cōsequētia bona. Sz cōtra. illa cōsequētia nō valet. Aliqua ꝓpō nō est vera cui⁹ cōtrariū est flm̄. ꝛ aliqua ꝓpō est vera. ergo aliqua ꝓpō est nō vera cui⁹ cōtrariū est flm̄. nā an̄s est verū ꝓ maiori. qꝛ ei⁹ oppositū est flm̄. ꝛ cōsequēs est falsū vt pꝫ. ergo regula nō vꝫ. vł nō arguiꝛ ꝑ regulā. Huic dicaꝛ ꝙ idē allegatū nō ꝫ regula. ſꝫ illa ꝫ rꝫa A negatiua de ꝑdicato finito ad affirmatiuā de ꝑdicato īfinito cū debitis cōstātiis subiecti. si ꝑdicatū nō sit termin⁹ multū cōposit⁹ ꝛ specialiter ex termi

no relatiuo est consequẽtia bona. sed sic non est in ꝓposito. Similiter ista cõ sequẽtia non valet. Aliqs hõ non est pater qui genuit filiũ. et aliqs hõ ẽ. gº aliquis homo est non pater q̄ genuit filiũ. añs ẽ veꝝ et ꝯñs falsum

Similiter supponitur hec regula / ꝙ qñ negatio postpo nitur signo ⁊ subiecto ⁊c. Sed cõtra illã arguit / ex illa seqretur ꝙ nullũ aĩal est ꝓbat sic. nullũ aĩal aĩal est. ergo nullũ aĩal est. Añs ꝓbat. oẽ aĩal aĩal ñ est ergo nullũ anial aĩal est. pꝫ ꝯña. qꝛ hic arguit ab eq̄pollente ad suũ equi pollẽs Huic dicatur ꝙ negatio postposita signo et subiecto si imediate post ponat terio distributo tũc facit illã ꝓpõnẽ eq̄pollere illi ꝓpositioni q̄ añ aduẽ tũ illius negatõis fuit eius cõtrariũ. et tũc neget ꝙ nullũ anial est. et etiã ꝙ nullũ aĩal aĩal est. et tũc neget consequentia cũ arguit. oẽ aĩal aĩal non est. ergo nullũ aĩal aĩal est. qꝛ non arguit ab eq̄pollente ad suum equipollens. qꝛ negatio nõ postponitur imediate terio distributo. sed sic argueretur. omne aĩal nõ aĩal est. gº ⁊c. sed tunc añs est falsũ. Sed contra istã correctionẽ re gule ꝓbando ꝙ asinꝰ est ille hõ. sic tm̃ aĩal est ille hõ. ergo nichil qd̾ nõ ẽ aĩal est ille homo. pꝫ ꝯña. quia arguit ab exponente ad secundã eius exponentẽ et vltra. nichil qd̾ non ẽ aĩal ẽ ille homo. ergo omne nõ id aĩali est ille hõ. et vltra nichil nõ idẽ aĩali ẽ ille hõ. ergo oẽ idem aĩali est ille hõ. ꝯña pꝫ p rl̄am prius positã. et vltra. oẽ idem aĩali ẽ ille hõ asinus est idẽ aĩali. ergo asinus est ille homo quod fuit itentum. Huic dicatur concedendo. primã ꝯñam et secũdã. et negãdo terciã. et dꝫ ꝙ nõ arguit ab equipollente ad suũ equipol lens cũ negatione postposita signo et subiecto sed solũ iterponit signo et sb iecto id ẽ ps subiecti. et ideo non facit equipollẽtiã. sed sic argueretur. nichil id aĩali nõ est ille hõ. gº oẽ idẽ aĩali ẽ ille hõ. sꝫ iã añs est falsũ sicut et ꝯñs. ⁊ ꝯña bona. ¶ Itẽ ꝓpõ de cõtigenti ad vtrũlibet hꝫ cõuerti p oppositas q̄lita tes. Sꝫ contra. tunc vꝫ illa ꝯña cõtingit nullũ motũ esse hoĩem. ergo conti git oẽm motũ esse hoĩem. nã tũc arguit a cõuertente ad suã cõuersã. sed illa ꝯña non vꝫ. Nã añs est verũ vt pꝫ per eiꝰ officiantes ⁊ ꝯñs fl̄m. Huic dica tur cõcedẽdo regulã. et tñ non ẽ regula ꝙ ois ꝓpõ cõtingens ad vtrũlibet hꝫ cõuerti per oppositas qualitates qꝛ tũc esset illa bona. tu curris. ergo tu nõ curris. vñ in ꝓposito sic argueret ꝯtingit nullũ motũ esse hoĩem ergo contin git aliqd̾ motũ eẽ hoĩem. et sic ẽ ꝯña bona. sꝫ dꝛ ꝙ sufficit vl̄em negatiuã cõ uertii particularẽ affirmatiuã et nõ sẽp in vniuersalẽ affirmatiuã.

Item a conuertẽte ad suã ꝯuersam est ꝯña bona. Sꝫ cõ tra. tunc valet illa ꝯña. oẽ a erit verũ. ergo quoddã verũ erit a. sed illa con sequẽtia nõ vꝫ. ꝓbatur et pono ꝙ a sit illa ꝓpõ. deus ẽ. q̄ iã est vera. et post hoc erit vera. ita ꝙ illa nunq̄ post hoc erit a. iã añs ẽ veꝝ vt pꝫ per exponẽ tes et ꝯñs est falsũ. vt patet per resoluentes. Huic dicatur ꝯcedẽdo rl̄am ⁊ negãdo ꝯñam factã. qꝛ nec arguit a cõuertente ad suã cõuersã sꝫ sic hꝫ ar gui. oẽ veꝝ erit a. gº qddã futuꝝ verũ est vel erit a quod est verum.

Item regula est ꝙ vl̄is negatiua hꝫ cõuerti simpliciter. Sed contra. tunc valet illa ꝯña. nullus hõ est mulier. ergo nulla mulier ẽ homo. sed añs est veꝝ et ꝯñs falsũ. Huic dicat. cõcedendo regulã et negan do cõsequẽtiã factã. quia non arguit debite. sed sic debet argui. nullus hõ ẽ mulier. ergo nulla mulier est homo masculus.

¶ Item illa ꝯña non valet. nullus sortes fuit albus. ergo nullũ album fuit

sortes. improbatur in casu. qr sortes per aliquod tps pteritū fuit niger cum hoc ꝙ iam sit albus sic añs est verū et q̄ñs falsū. vt pȝ per eoꝝ opposita. et ibi cū dicit ꝙ arguitur per regulā vt apparet. Dicit tñ q̄ña nō vȝ nec debite arguit. sed sic debet argui. Nullus sortes fuit albus. ergo nullū pteritū album est vel fuit sortes. et iam q̄ñs est verū in casu posito sicut et añs

Nota ꝙ arguendo a conuertente ad suam conuersā est q̄ña bona in cōuersione per accñs sed nō ecōtra nisi aliqñ forte gratia terminorum et materie. Vñ illa q̄ña est bona. hō est albus. ergo aliquod albū est hō sed ecōtra non vȝ. sic arguēdo quoddā albū est hō. ergo ois hō est alb⁹. nam iprobat in casu ꝙ sortes sit albus et nullus hō alius a sorte sit albus. g⁰. ꝛc. Sed dicitur ꝙ sufficit vlem cōuerti in particularē affirmatiuā et non semper particularem affirmatiuā in vniuersalem

Similiter arguendo ab inferiori ad suum superius sine aliquo ipedimēto est q̄sequētia bōa. Sed cōtra tūc valet illa q̄ña. differens ab hoie est. ergo drñs ab illo homie ē demōstrando vos. qr scdm regulam. nā subiectū in añte ē inferius ad subiectū in cōsequēte. quia quicquid ē differens ab hoie est differēs ab illo hoie. sed nō ecōtra. et tamē illa cōsequentia non valet vt pȝ. posito ꝙ ille homo demonstratus in añte non sit. Huic dicatur ꝙ idē suppositum non est regula generalis sed fallit vbi terminus hñs vim negationis est pars termini inferioris et superioris. sed sic est in ꝓposito nam ly differens ab hoie est inferius ad ly differēs ab illo homine per regulam. Quando terminus inferior et superior cōponūtur cum illo termio differens vel aliud. tunc cōpositū ex termino inferiori et differens vel aliud ē superius ad compositum ex termino superiori et differens vel aliud. ex qua regula patet ꝙ differens ab homie est inferior ad ly differens ab illo homine Et tunc dicitur ꝙ arguendo ab inferiori ad suū superius vbi terminus habens vim negationis non est pars termini inferioris et superioris deductis aliis impedimentis est q̄ña bona.

Similiter regula est a superiori ad suum inferius cum negatione preposita non tenet q̄ña. quia ipeditur quando dictio habens ī se vim negationis est pars termini iferioris ꝛ superioris. vnde dicitur ꝙ vtraꝙ regula est generalis cū debito medio. vt sic arguendo. differens ab hoie est. et oē drñs ab hoie est drñs ab isto hoie. g⁰ differens ab illo hoie est. Debitum medium aūt voco propositionem vniuersalem in qua terminus superior affirmat de inferiori. In scdo argumēto sic argueretur. nullū differens ab illo homine est differēs et omne differens ab homie est drñs ab illo homine. ergo nullum differens ab illo homine est

Similiter a superiori ad suum inferius cum negatione vel distributione preposita est consequentia bona cum debito medio sumēdo debitum medium vt prius. Exemplum. omnis homo currit. omne album est homo. ergo omne album currit. sed sine debito medio non valet consequentia. vt hic non valet. omnis homo currit. ergo omnis sortes currit. Aliter potest dici ꝙ primum suppositum non est regula sed ista. Arguen

do ab inferiori ad suum superius per se sine aliquo impedimento est conse/quentia bona: sed in proposito arguitur ab inferiori ad suum superius per accidens. et sic non valet consequentia sine debito medio. unde inferius p accidens dicitur illud quod stat esse cum hoc q suum superius non sit. ut posito q sortes et. P. sit albi. tunc album dicitur illo modo superius ad sor/tem et P. sed inferius primarie est tale quod non stat eē nisi suum superius sit. et sic homo dicitur inferius ad animal.

Finiunt regule consequentiarum.

De modo dandi contradictoria aliqua dantur notabilia.

Primo notandum est q quando est aliqua proposi/tio universalis habens aliquam particularem sibi contradicentem. requi/ritur q termini in eis suppponāt contradictorio modo. hoc est q ille termi/nus qui stat in universali confuse et distributive. in particulari stabit confu/se tantū vel determinate. Et ille terminus qui i universali stat confuse tan/tum. in particulari stet confuse et distributive. sicut hic. omnis homo est a/nimal. et aliquid quod est homo non est animal. Ex quo patet q ille due nō stant contradictorie. omnis homo homo est. et aliquid quod est hō. homo nō est. quia secundus terminus homo in utraq propositione stat immobilitan/ter. id est confuse tantum

Item notandum est secundo / q quando est aliqua ppō vlis affirmativa. i qua sūt duo termini cōes an̄ pricipale v̄bū. si prim⁹ distribuatur et secūdus nō. tūc in eius opposito negatio dz poni iter illos duos terios vel signū vl'e negativū. ut oppom illi⁹ (oīs hō hō est.) ē hoc. aliqd qd est hō nō hō est. Sz si sint duo termi cōes an̄ pricipale v̄bū quorū uterq di/stribuitur p signū vl'e affirmativū. tūc in eius opposito dz negaº poni post illos duos terminos unde oppositum istius. omnis homo omnis homo est. est hoc. aliquid quod est homo homo non est.

Tercio notādū est / q si sint duo termi cōes an̄ pricipa/le verbū. quor uterq distribuitur p signū vl'e negativū. tūc i eius opposito signū vl'e dz poni iter illos duos termios. ut oppom istius (Nullus homo nullus hō est) est hoc / aliquis hō nullus homo est.

¶ Itē nō q si sit aliqua ppō nō vl'is cuius subm est disiūctū ex duobz termi/nis. tūc eius oppom dz dari p negationē ppositā toti. ut oppom isti⁹. Sortes vel plato currit. et hoc. Non sortes vel plato currit. et sic de aliis

Sequūtur regule modales de equipollentia

AD cognoscendum earum equipollētias . q̄dam dantur regule . Quarum p͛ma est hec ¶ Negatio precedens modū necessitatis mutat illud in modū possibilitatis . et dictum in contrarium . sic est ei eq̄pollētia . Uerbi gr͞a . Nō necesse ē omnē hoīem currere: eq̄pollet huic . possibile est aliquē hoīem non currere.

Secunda regula est hec. Negatio precedens modū possibilitatis mutat modum possibilitatis ī modum necessitatis . et dictum in contrarium . Uerbi gratia . Nō possibile est omnem hoīem currere: equipollet huic . Necesse est aliquē hominem currere

Tercia regula est hec. Negatio precedens modum impossibilitatis mutat modū īpossibilitatis in modū possibilitatis et dictuȝ cum eodē dicto (verbi gratia) Non īpossibile est omnem hominem currere equipollet huic . Possibile est omnem hominē currere.

Quarta regula est . Negatio subsequens modū necessitatis mutat modum necessitatis ī modū impossibilitatis . remanēte eodem dicto (verbi gratia) Necesse est non homīem currere . equipollet huic . Impossibile est omnem hominem currere

Quinta regula est hec. Negatio sequens modum possibilitatis non mutat modum sed dictum in cōtrarium . Uerbi gratia . Possibile est non oēm hominē currere . equipollet huic . Possibile est aliquē hominem non currere.

¶ Sexta regula . negatio sequēs modū īpossibilitatis ⁊ p̄posito dicto mutat modū īpossibilitatis ī modū necessitatis . manēte eodē dicto cū negatione vl' sine negatione . vt impossibile ē nō oēm hominem currere . equipollet huic . Necesse est non omnem hominem currere.

Septima regula. Negatio sequens tā dictū q̄ modum nccitatis mutat illud ī modū īpossibilitatis . et dictū in dictū subalternū . vt nccē est ōem hoīem non currere . eq̄pollet huic . īpossibile ē aliquē hominē currere . et sīr huic . Nccē . est nullum hominē currere.

Octaua r͞la. Negatio sequens modū et dictū possibilitatis n̄ mutat modū sed dictū ī cōtrariū . vt possibile ē omnē hoīem non currere . Equipollet huic . Possibile est nullum hoīem currere.

Nona regula est. Negatio sequens modū et dictuȝ impossibilitatis mutat modum impossibilitatis in modum necessitatis ⁊ dictū in dictū subalternū . vt impossibile est omnē hoīem non currere . equipollet huic . Necesse est aliquē hominē currere.

Nota q figura modalium ponitur in tractatu qui dicitur. Juxta hunc textum secūdum equipollentias. et hoc in vndecimo argumento et hic similiter patet.




Figura modi possibilitatis.

Figura secunda modalium / in qua similiter plenius patebit negatio precedens et sequens /

Quomō negatio mutat modū necessitatis /





Figura modi necessitatis

Tercia figura de modalibus. demonstrans quomodo negatio mutat modum possibilitatis



Sequitur tractatus argumentationis

De conclusionibus cōsequentiarū.

Iuxta hūc textū factū libro Perihermenias ab aristotele editum. De qualibet singulari in mundo existente dicit alterū ꝯtradictorioꝝ. et de nullo eoꝝ dicūt ābo. id ē affirmatio et negatio. Ex quo sequit ꝙ duo cōtradictoria incōplexa. non pñt simul predicare de eodem

Contra / Aliqua ꝯña est bona que non valet ergo. ⁊c.

Probatur sic. Hec ē ꝯña bōa. Quoddā albū nō est coloratū. ergo qddā non coloratū non ē nō albū. Et hec eād non valz. ergo. ⁊c. Et ꝙ sit bona ꝓbatur. quia arguit a cōuertēte ad suam cōuersā per cōtrapositionē. ergo bona. Et ꝙ non vz ꝓbatur. et pono istum casū ꝙ nullū albū sit. tūc patz ꝙ añs ē veꝝ scz. quoddā albū nō est coloratū. qr eius oppositū est falsū. s. omne album ē coloratū. Et ꝙ ꝯñs sit falsū arguit sic. quia ei' oppositū est veꝝ et necessariū. ergo ꝯñs est impossibile. Añs ꝓbatur sic. hoc est necessarium omne non coloratum est non album. vt patet per exponentes.

Ad istud respondetur ꝙ conuersio propositionum particulariū negatarū p cōtrapositionē non est generaliter trahenda in ꝯñam. quia nūꝙ vz ꝯña i particularibz negatis. arguēdo a cōuertente ad suam cōuersā p cōtrapōnem. nisi qñ añs ē ipossibile vel ꝯñs nccm. Vñ non sequitur qddā homo nō est currēs. g° quoddā nō currēs nō est nō hō mascul'. posito ꝙ nullus hō mascul⁹ sit iuxta argumētū prius factū. Seqt tñ homo nō ē aial ergo qddā nō aial nō est nō hō. tñ nō seqtur gratia cōuersionis. sz quia añs est ipossibile. et sic de aliis. ¶ Dicendū tamē i vniuersalibus affirmatiuis ꝯuersis per cōtrapōnē teneri credit gñaliter argumētū. ꝓterꝙ in termis trāscendentibus cuiusmodi sunt tales termini. s. Ens. vnū. res. ⁊ aliqd. Ut sequitur bene. oīe albū est coloratum. ergo oīe nō coloratū est non albū. tñ non sequitur. omne ens est ens. ergo oē nō ens est nō ens. ꝓpter cām ꝓdictā Et sic patet isto modo quod generaliter est dicendum. vnde videas decimū argumētū et inuenies plenius quid sit dicendum de talibus argumentis et quomodo sit respondendum ad illa.

Secundo sic. Hec est bona et hec est non bona. ergo ⁊c.

Demonstrando istam. Exclusum est exclusum. et nichil aliud ꝙ exclusum ē exclusum. ergo tantum exclusum est exclusum. consequentia patet. ab exponentibus ad expositū. et similiter consequens est necessarium. sicut sua vniuersalis. scilicet. omne exclusum est exclusum. Et ꝙ non valet probatur. quia in omni exclusiua vbi predicatū vere dicitur de subiecto. ⁊ remouetur de opposito subiecti. sed in ista exclusiua predicatum dicitur tam de subiecto ꝙ de opposito subiecti. ergo exclusiua falsa. Añs probatur ꝓ minori. qr oppositū subiecti est exclusum. ergo hoc predicatū exclusū dicitur de opposito subiecti. et istud est predicatū exclusiue. ergo ꝓdicatū exclusiue dicit de opposito subiecti. ergo ⁊c. Añs probat sic. quia ille terminus nō exclusū est exclusum a ꝓdicatione istius ꝓdicati exclusū. et iste terminus nō exclusū est oppositū subiecti. ergo oppositū subiecti est exclusum

Ad istud dicatur ꝙ argumētū est bonum / et negetur ꝙ predicatū istius exclusiue vere dicitur de opposito subiecti. negetꝰ argumētū sic ei dicto oppm̄ subiecti ē exclusū. quia non dicitꝰ iste terminus exclusum de illo termio nō exclsū. nec per consequēs de opposito subiecti cum solum ille terminus nō exclusum sit oppositum subiecti vel sibi synonimus sed in ista ꝓpōne data dicitur ille terminus exclusum de illo termino oppositum sub / iecti. et non de opposito subiecti. cū sic dico. ille terminus non exclusum est exclusum non dicitur ille terminus exclusum de illo termino non exclusum. sed de isto termino ille terminꝰ non exclusū. qđ dicitur subiectū. Et cōformiter cōtingit arguere et respōdere de tali exclusiua. Tantū ens est ens. ille terminꝰ non ens (qui est oppositū eiusdē) est ens. q̄uis sit falsū ꝙ non ens est ens. sic falsū est. ꝙ non exclusū est exclusū. ꝛc. Et si arguitꝰ sic. ꝙ oppm̄ sub / iecti est exclusū. ⁊ non exclusū est oppm̄ subiecti. ergo nō exclusū est exclusū

¶ Ad hoc dicatur ꝙ si subiectū minoris. s. nō exclusū. qđ est oppm̄ subiecti sumatur materialiter non valet argumētū. cum in cōsequēte nec sumitꝰ si / gnificatiue. ⁊ per cōsequens hic mutatur suppositio. Si tamē subiectū mi / noris sumitur significatiue. tunc minor est falsa. et eius contrariū est veruʒ videlicet exclusū est oppositū subiecti Similiter per suam conuersionē. nec est incōueniens cōcedere ꝙ exclusū est oppm̄ subiecti in suppōne personali vel significatiua. tamen non exclusū est oppositū subiecti in suppositione materiali. ita ꝙ ille sit sensus. videlicet ille terminꝰ non exclusū est oppm̄ subiecti / tales eni termini secunde impōnis sūt nomīa nominū que limitant suppōnem materialē. cuiusmodi sunt tales. nomē. verbum. dictio subiectū et predicatum. et oppositū subiecti. ¶ Et si queratur q̄d excluditꝰ per dictam exclusiuā aut quid includitꝰ. sicut cōmuniter solet queri. ponendo ꝙ nichil excludatur nisi quod excluditꝰ per dictionē exclusiuā. s. tm̄ exclusum est exclu / sum. certum est ꝙ casus positus est īpossibilis. q̄tum tñ ad conclusionē dicitur ꝙ excluditur omnis talis ꝑdicatio. Non exclusū est exclusū. Sicut quelibet talis icluditur. exclusū est exclusū. vnde propter hoc dicitur dictio exclusiua. quia excluditur in exclusiua vera et affirmatiua predicationē predica / ti fore vera. n de opposito sui subiecti. Sic eni dico tantū hō currit. excluditꝰ hec ꝑdicatio. quod non est homo currit. sicut in hoc. tm̄ hō nō currit. excluditur hec predicatio quod est homo currit.

Tercio ad eandem conclusionem arguitꝰ sic.

¶ Ista est consequētia bōa. Sortes curret ⁊ nichil aliud a sorte curret ergo tm̄ sortes curret. et eadem non valet. ergo et c.

Et ꝙ sit bona ꝓbatur. quia arguitꝰ ab exponentibus ad expositū. ergo. ꝛc.

Et ꝙ non valet probatur. et pono ꝙ sortes cras curret. ita ꝙ nichil quod est in tempore sortis curret. et post corruptionē sortis generātur noui homīes ita ꝙ illi currant in tēporibus suis. tunc pʒ ꝙ prima pars aātis est vera. Et ꝙ secunda ps añcedentis sit vera ꝓbatur. quia eius oppm̄ est falsum. videlicet. aliquid aliud a sorte curret. vel si aliq̄d aliud a sorte curret (sit plato (

Tunc quero an plato erit in tempore sortis an nō. Si erit ī tēpore sortis tunc sequitꝰ ex casu ꝙ nunq̄ curret et per consequens non erit verum. aliud a sorte curret. Et si plato non erit in tp̄e sortis. ergo nunq̄ erit aliud a sorte quia ad omnē alietatē req̄ritur existentia extremoꝝ. et per consequens non

pro illo verificatur ꝙ aliud a sorte curret. et per consequēs secunda pars an/tecedentis est vera. ꝙ consequēs sit falsum ꝓbatur. quia quod non est nec qđ erit sortes curret. ergo falsum ꝙ tantum sortes curret

¶ Item sequitur tantū sortes curret. ergo omne cursurū est. vel erit sortes consequētia patet. ab exclusiua ad suū vle in terminis ꝛc. ē cōsequētia bona. sed consequens est falsū ergo et aūs.

Ad istud dicatur / ꝙ argumentū primum non valet

nec arguitur ab exponētibus ad expositū. quia genaraliter ꝗlibet exclusiua debet exponi ꝑ negationē. isto modo. tm̄ sortes curret. ergo sortes curret. et nichil non sortes curret. Uel in secunda exponēte si verbū sit ampliatiuum sic dꝫ exponi. vel quod non est vel erit sortes curret. Sed ꝙ secunda exponens sit falsa patet in casu dato.

Conformiter non sequitur / hoc instans erit instans.

Et nichil aliud ab hoc istāti. erit istans. ergo tm̄ hoc instans erit instans de notando vnū instans futurum. Sed secunda exponens erit. vel quod non est hoc instans. vel erit hoc instās. vel non qđ non est hoc istans. vel erit hᵒ instans quod falsū est sicut exclusiua.

Et conformiter sequitur de talibus

Tantum A desinit esse propositio vera. Et pono ꝙ a iam sit propositio vera et ꝙ nūꝗ ante hoc fuit vera. nec vnꝗ post hoc erit vera et ꝙ b. iā non sit vera. sed immediate ante hoc fuit vera in casu posito. sequitur dictam ꝓpōnē fore falsam. cum tamen sit verum. nichil aliud ab a desinit esse propositio vera. et sic de aliis.

Nota expositionem talium propositionum

Tantū sortes currit. vt infra dictū est. Alii tamen exponūt tales proposi/tiones sic. sortes curret et nichil aliud ꝗ qđ est vel quod erit sortes curret ꝙ sit falsum. de multis eni erit verum ꝙ quilibet istorum in casu prius posito est vel erit aliud ꝗ est vel erit sortes quorum nullum est verum ꝙ ille est vł erit aliud a sorte. et sic de multis aliis.

¶ Sed tercio respondent alii dicentes ꝙ quelibet talis consequētia est bōa. et dicunt ꝙ ista in casu posito est vera. tantum sortes curret. et negant istā consequentiam exponendo sic ꝙ non est nec erit ita ꝙ aliquid quod non est. sortes curret ergo non tantum. S. curret. quia equipollens opposito exclusiue est hec: sortes non curret vel aliquid aliud a sorte curret quarum vtraꝙ est falsa in casu dato et negant conformiter istam consequentiam. tantū sortes curret ergo omne cursurum est vel erit sortes. sed hec est sua vniuersalis. omne quod curret cum sorte in tempore sortis per quod sortes erit est vel erit sortes. et tunc est vera sicut sua exclusiua. ¶ Eligat rūdens quā respōsionē velit suscipere et sustinere.

Quarto ad eandem arguitur sic. hec consequentia

est bona. nichil aliud ab hoīe currit. ergo tm̄ hō currit. et hec est eadem non vꝫ ergo ꝛc. ꝙ sit bona ꝓbaṫ quia sequiṫ nichil aliud ab hoīe currit. gᵒ nullū currens est aliud ab hoīe. ꝯña patet a conuertente ad suam conuersā in cō/

uersione simplici et sequitur nullū currēs est aliud ab homie. ergo nullū currens est non hō. 9ña patet quia ex opposito consequentis seqtur oppositum antecedentis. quia sequitur aliquid currens est non homo. ergo aliquid currens est aliud ab hoie. et ultra. nullū currens est non homo. ergo nullū currens non est homo. consequentia patet ad affirmatiua de predicato infinito ad negatiuam de predicato finito est consequentia bona. Tunc ultra. nullū currēs ñ est hō. ergo omne currēs est homo. 9sequētia patet ab equipollente ad suū equipollens. ergo &c. Et ultra. Omne currens est homo. ergo tantum hō currit. consequētia patet ab uninersali ad suā exclusiuam. et sic a primo ad ultimū nichil aliud ab homie currit. ergo tm̄ homo currit.

¶ Ideo pro ista consequentia dicitur q non valet. et pono q nichil currat. tunc antecedens est verum et consequens falsum. Ad idem dicatur negando consequētiā et concedantur oēs consequentie intermedie usq ad istam nullū currēs est non hō. ergo nullum currēns non est homo et negetur illa quia non arguitur secundum regulam. scilz ab affirmatiua de predicato infini ad negatiuam de predicato finito. sed in proposito non arguitur sic. et ideo cōsequens non valet. sed arguitur a negatiua de p̄dicato infinito ad negatiuā de predicato finito. ergo. &c.

Quinto ad eandem arguitur sic. Hec consequentia est bona. Aliquid vidēs illum hominem non est asinus. et ille est aliquis homo ergo aliquid videns aliquem hominem non est asinus. et hec eadem non valet. ergo &c. q sit bona pbatur. quia arguitur ab inferiori ad suum superius cum negatione postposita et cum debito medio ergo bona. Et q non valet probatur. et pono q ille homo demonstratus in antecedente non videatur ab aliquo qui gratia argumenti sit. p. et q sortes videatur ab asino et a nullo alio et q nichil videat hominem nisi asinus. iam patet q antecedens est verum vicz aliquid videns istum hominem non est asinus demonstrando ut prius. quia nichil videns istū hominem est asinus. qr nichil videt istū hominē per casū. et minor patet ex casu et consequens est falsum quia eius oppom̄ sequitur ex casu vicz oē videns hominem est asinus. et per consequens argumentum nō valet. ¶ Ad istud dicitur negando primū argumentū. quia non arguitur cum debito medio. sed sic debet argui. aliquid videns istum hoiem non est asinus et iste est aliquis hō visus ab aliq g° &c.

Et conformiter talis est fallacia/ per singulos casus ut in genitiuo non sequitur. aliquis asinus illius viri non currit. et iste est aliquis vir. ergo aliquis asinus alicuius viri non currit qr posito q ille homo monstratus in antecedente non habeat asinū et q omis asinus currat. ideo oportet addere in minore q ille est aliquis habens asinum. ¶ In datiuo nō sequitur aliquis seruus seruiens huic homini non est bonus. et ille est aliqs homo ergo aliquis seruus seruiens alicui homini non est bonus. posito q q̄libet seruus seruiens alicui homi sit bonus. et q huic demonstrato antecedēte non seruit aliquis seruus. ¶ In accusatio nō sequit. aliquis seruus odiēs istū dn̄m non oditur a te. et ille est aliqs dn̄s. ergo aliquis seruus odiens aliquē dn̄m non odit a te. Posito q q̄libet seruus odiens aliquē hominem odiatur a te. et q illum hominem non odiat aliquis seruus.

¶ In ablatiuo non sequitur. aliqs hō vtens hoc instrumēto non est prudēs
et hoc est instrumētū. ergo aliquis homo vtens aliquo instrumēto nō ē pru/
dens. posito q hoc instrumētū demonstratū i añte non sit vsitatū. et q oēs
vtentes instrumēto sint prudēs. iam añs est verū et consequens falsū. ideo
illud erit medium ad hoc q valet consequentia. et hoc est istrumētū vsita/
tū ab hoīe. et ideo addenda sūt talia media sic. aliquis asinus istius viri nō
currit. et ille est aliquis vir hñs asinū ergo ꝛc. Aliquis seruus serui/
ens huic domino non est bonus. et iste ē dñs cui aliquis seruus seruit. iō. ꝛc.
Et ex isto satis patet q non sequit̃ si particulares conuertantur q vniuer/
sales eis correspōdētes conuertātur. vt ista conuertuntur. aliquis asinus
istius viri currit. et aliqs viri asinus currit. et tñ ista differunt cuiuslibet vi
ri asinus currit. et quilibet asinus viri currit. In negatiuis tamen propter
negationis violentiam quō refert. vt idē est dicere. nullus asinus viri cur
rit. et nullius viri asinus currit.

Sexto arguitur sic. Illa consequentia est bona. p̄ci
se sicut est sig̃t aliq̄ ꝓpō g° oīs ꝓpō est ṽa. et hec eadē non vz. ergo ꝛc. q sit bo
na ꝓbatur ex opposito consequētis sequit̃ oppositū añtis ergo. ꝛc. quia sequi
tur aliqua ꝓpō non est vera. ergo p̄cise sicut nō est sig̃t aliqua propō vel nō
sicut ē significat aliq̄ ꝓpō. quod est oppositū añtis cū oppōm exclusiue debeat
dari per vnā disiunctiuā factā ex oppositis ꝑtiū exponētiū.

¶ Et q nō valet ꝓbatur. et pono q multe sunt propositiones vere et mul/
te false tunc patet q consequens est falsum et añs ꝓbo. quia precise sicut est
significat ista ꝓpō deus est. et illa est aliqua ꝓpō. ergo ꝛc. Item sic. omnis ꝓ/
positio significat sicut est cū oīs ꝓpō significat qualitercūqȝ seq̄tur ad illam.
vt suppono q ista. homo est asinus significat hominē esse. ꝛ ꝑ consequens si
gnificat sicut est. ꝛ sic de qualibet alia propositione falsa. ergo precise sicut ē
sig̃t aliq̄ ꝓpō. cōsequētia patet ab vniuersali ad suā exclusiuam

Ad istud dicatur q argumentum est bonum et negetur
primū argumētū in oppositū. quia arguitur ab iferiori ad suum superius
a parte predicati cum dictione hñte vim negatiōis. ideo cōsequētia nō va/
let. et similiter negetur scdm argumētū. nec est ista sua vl'is. vicȝ oīs ꝓpō si/
gnificat qualiter cūqȝ et c. sed hec qualitercūqȝ significat aliqua ꝓpō sicut ē
que ē falsa. quia ex ista sequit̃ p̄cise sicut est sig̃t aliqua ꝓpō quod est falsum
et tamē ista vl'is. omis ꝓpō significat sicut est conuertitur cū ista exclusiua
precise significans sicut est ē aliqua ꝓpō. et conformiter sequitur precise si/
cut est significat omis propositio. ergo oīs propositio est vera. posito q oīs
ꝓpositio ratione suarū partiū significat qualitercūqȝ eius pars significat/
sed hoc non valet argumētum

Similiter posito q iste due propositiones sint oms pro
positiones. homo est. et homo est asinus. tunc patet q precise sicut est signi
ficat oīs ꝓpositio. et non aliter q̄ est significat omnis propositio. Maior pa
tet q2 hoīem esse significat oīs propositio et sic est sicut sig̃t. ergo ꝛc. Minor
etiam patet cum eius oppōm sit falsum vicȝ sicut non est significat omnis
propositio. quia tunc sicut non est significat ista propositio homo est. que est
ꝯtra primam viam. Ista enim homo est. significat secūdarie cesarem esse

correctū sicut ista. deus est rōe sui ubi significabile. sigt eē non tū ex hoc sūt vere neqȝ false tamen solum propter primā et non propter secundā significationem verificantur et falsificantur propositiones. tamen respondens eligat viam plus placentem.

Nota ꝙ ille terminus sicut aliū stat sub habitudine accusatiui casus. et sic idem est dicendū a significat sicut est. i. ens vel veritatē seu significatū quod vel q̄ est. et illo modo famose intelligitur. Alio modo stat sub habitudie ablatiui casūs. et sic est idem dicere. a significat sicut ē et a significat mō quo est. et isto mō pōt cōcedi ꝙ ois ꝓpō significat precise sicut est. quia significat ꝑcise eo modo quo est sicut dn̄s ꝙ ego sedeo sicut vos sedetis. i. eo modo quo vos sedetis ego sedeo. Et aliū notat idētitatē in modo signdi. vt hoc a sigt sicut hoc. B sigt. i. idē dicere ꝙ sigt idem sigtū ꝙ B. significat. Et aliū dicit similitudinē i modo significandi. vt hoc. A. significat sicut. B. sigt. i. simili modo quo. B. significat Unde in talibus. a. significat sicut est. creditur. ꝙ hoc verbum est stat impersonaliter. Quis grāmatici dicunt ꝙ tenetur personaliter nisi quando tenetur pro pertinet vel interest vt patet multotiens.

Septimo arguitur sic. Hec consequentia est bona. Omne quod curret icipit incepit vel incipiet currere. sortes albus curret. ergo sortes albus icipit incepit incipiet currere. et hec eadem nō valet ergo ꝛc ꝙ sit bona. ꝓbatur est syllogismus in Darii. ergo ꝛc.
Et ꝙ nō vȝ. ꝓbatur et pono ꝙ sortes iā currit et āte hoc currebat et post hoc curret. ꝛ ꝙ iam non sit albus nec vnq̄ prius fuit albus.
Sȝ post hoc erit alb⁹. ꝛ pono ꝙ postq̄ cessauerit a cursu nūq̄ currat nec icipiet currere tunc patet ꝙ maior est vā per eius exponentes et minor probatur quia hoc curret demōstrādo sortē. et hoc est vel erit sortes albus. ergo ꝛc. patet cōsequētia a resoluētibus ad resolutū. et ꝙ cōsequēs sit falsū probat̄ quia sortes alb⁹ nūq̄ incipiet currere. nec qui fuit sortes albus incipiet currere cum non sit albus nec ante hoc fuit albus. sed post hoc erit albus per casū. ꝛ per istud non incipit nec incipiet currere. quia per casum cū semel cessauerit a cursu nunq̄ curret. ergo ꝯña non valet.

Ad istud dicitur negando consequentiā nec est syllogismus sed est palogismus. mutat̄ eni q̄d i quale per hoc adiectiuū albus q̄d significat qualitatē de qua non fit mētio in maiori. sed sequit̄ ex illis ꝑmissis ꝙ aliquid quod est sortes albus vel erit sortes albus incipit incepit vel icipiet currere. ¶ Et conformiter nō valet hoc argumētū. q̄cquid currit curret omnis hō currit. ergo ois homo curret. Posito ꝙ omnis hō exn̄s currat. ita ꝙ post hoc aliquis homo generetur qui nūq̄ curret hic. mutat̄ eni suppositio in minore et i ꝯñe siue in cōclusione tū i minore subm̄ supponit pro ꝑsentib⁹ ad bonum intellectum et in cōclusione indrñter ꝓ presentibus et futuris bene tamen sequitur ex premissis ꝙ omnis homo qui est curret. et non valet argumentum hoc. Et cōformiter quicq̄d fui heri hodie sum. currens fui heri. ergo currens hodie sum. posito ꝙ iam sedeam.

Aliter tamen pōt rn̄deri concedendo primam cōsequētiam nec tūc in casu posito antecedens est verū et ꝯñs falsū. imo ꝯñs ē vep

e

et tūc tenet̄ p vnica cathegorica. et dz verificari giuncti more vnius cathegorice de disiūcto p̄dicato. vt sic. hoc incipit icepit vel icipiet currere. hoc ē vt̄ incipit icepit vt̄ icipiet eē sortes alb⁹. g° ꝛc. tenēdo tñ primā viā fuit q̄ñs pro vna disiūctiua fctā ex tribus cathegoricis. qb3 equipollent. sic q̄ñs est fl̄m.

Octauo arguitur sic. Hec q̄ña est bona. vos creditis p̄cise ꝙ aliquis hō decipi. ergo aliq̄s hō decipit̄ et hec eadem non v3. ergo ꝛc. ꝙ sit bona pbat̄. oppom̄ q̄ntis repug̃t añti. nā ista duo formaliter repugnant. vos credit̄ p̄cise ꝙ aliq̄s hō decipitur. et tñ null⁹ hō decipit̄. quia sequit̄. vos creditis p̄cise ꝙ aliquis homo decipitur. et nullus homo decipitur. ergo vos credit̄ p̄cise sicut non est. et p q̄ñs vos decipimī. ergo vos creditis p̄cise sicut non est. ergo aliquis hō decipit̄. et per q̄ñs pria q̄ña est bona. qd̄ ē oppom̄ alterius ptis. Et ꝙ nō v3. probo et pono ꝙ vos credatis p̄cise ꝙ aliquis homo decipit̄. ita ꝙ nullus hō alius a vobis decipiat̄. iā añs ē vex p casum et q̄ñs falsū cū ei⁹ oppom̄ sit verū pbat̄ sic nec vos decipimī nec aliq̄s alius a vobis decipit̄. et vos estis aliq̄s hō. ergo null⁹ hō decipi. Maior pbat̄ sic. vos creditis p̄cise sicut est. ergo vos nō decipimī. añs pbat̄ sic. vos creditis ꝙ aliquis hō decipitur. et sic est ꝙ aliquis hō decipitur. ergo ꝛc.

Ad istud dicatur concedēdo q̄ñam et pro improbatione admittat̄ casus et neget̄ ꝙ vos non decipimī. ⁊ concedat̄ ꝙ aliq̄s hō decipitur. et qñ arguit̄ sic. vos credit̄ p̄cise ꝙ aliquis hō decipitur. et sic est. g° vos creditis p̄cise sicut est. et per q̄ñs vos nō decipimī. neget̄ q̄ña sicut nō sequit̄ vos credit̄ ꝙ aliq̄s hō decipit̄ et sic ē ꝙ aliquis hō decipit̄ et sic est ꝙ aliq̄s hō decipit̄. ergo vos creditis p̄cise sicut est. qr posito ꝙ tm̄ sortes currit. ⁊ ꝙ vos creditis p̄cise p. currere. Sed est intelligēdū ꝙ ad hoc ꝙ argumētū valeret oportet addē istud mediū. et sic est ꝙ iste idē hō decipit̄ quē vos creditis decipi qd̄ nō ē verū. Aliter tñ solet rñdere magis secure. negando casū ꝙ ego credo precise ꝙ aliquis homo decipit̄ quia nō stat me credere aliquē hoiem decipi nisi credā ipm aliter credere ꝙ̄ est. et sic cessat efficacia argumēti an. nūꝙ̄ tñ sit q̄ña bona et formalis ḡnaliter vel specialiter nō est magna cura.

Nono arguitur sic. Hec q̄ña est bona A iam nō est verū sed imediate ante hoc fuit verū. ergo a desinit esse vex. et hec eadē non v3. ergo ꝛc. Quod sit bona pbat̄. qr arguit̄ ab exponētib3 ad expositū ergo etc. Et ꝙ non val3 pbat̄. et capio horā elapsā cui⁹ hoc instans sit vltimū istans demōstrādo instās quod est p̄ns et diuido istā horā i ptes pportionabiles minores pportione dupla versus hoc instans quod ē p̄ns. ita ꝙ pria eius medietas sit pria ps pportionalis et prima medietas. scde medietatis sit scda eius pars propoꝛtionalis. et prima medietas tercie meditatis sit tercia eius pars propoꝛtionalis. et sic de aliis partib3 vsꝙ in finitū. et volo ꝙ A in in q̄libet parte ipari. vt in pria. tercia. quita. sit verū. et in qualib3 pte pari. vt in scda. quarta sexta. sit falsū. cū hoc. ꝙ a sit ista ppō ps impar ē scdm̄ cōpulationē et ꝙ istās qd̄ ē p̄ns sit vltimū istans istius hore i quo nūc A nō sit verū. tūc p3 i isto casu añs esse vex ⁊ q̄ñs falsū. Et pbo ꝙ q̄ñs est falsū. quia a iam non est verum. nec immediate ante hoc fuit verum et immediate post hoc non erit verum. ergo a non desinit esse verum. consequentia patet. qr

si a desinit esse verum tunc vel nunc est verū et immediate post hoc nō erit verū vel nunc non est verum sed immediate ante hoc fuit verū quorū ambo sunt falsa. ꝓbatur quia immediate ante hoc fuit falsum. ergo immediate ante hoc non fuit verum et vltra. ergo falsum est ꝙ immediate ante hoc fuit verum. minor argumēti vltimi arguitur sic. immediate āte hoc fuit ps par. et qn̄documq3 fuit aliqua pars par A fuit falsum. ergo ꝛc. Maiorem ꝓbo quia immediate ante hoc fuit aliqua pars par et nullū fuit instās ante hoc quin inter illud et hoc fuit pars par. ergo. ꝛc. Minorē probo quocūq3 instāte demonstrato inter illud instās et instans p̄ns fuit tempus mediū quod tempus continebit tam partes pares ꝙ impares. ergo ꝛc.

¶ Itē sic. si a imediate āte hoc fuerit verū. et a immediate a non hoc fuit f'm ergo duo contradictoria sunt simul falsa. quia ista a. ē verū et nullum a est verū ergo per consequens sunt simul vera. Et ꝙ an̄s p'ie consequentie est verum probo. quia eius p'ia pars ponitur in casu. et secundam partem ꝓbo quia quandocunq3 fuit ps impar fuit verū et imediate ante hoc fuit ps impar. ergo ꝛc. ¶ Ad istud dicitur cōcedendo consequētiā. ꝛ cōsequēs in casu posito. et qn̄ arguitur sic. si a desinit esse verū sequitur ꝙ nunc est verum et immediate post hoc non erit verū. vel nunc non est verū et immediate ante hoc fuit verū concedatur consequentia et consequens pro secunda parte et quando obiicitur sic. immediate ante hoc. A fuit falsum. ergo falsum est. ꝙ immediate ante hoc a fuit verum. negetur consequētia. sicut non sequit ꝙ hec sit falsa. aliquis homo loquitur propter hoc ꝙ aliquis homo nō loquitur. nec sunt contraria immediate ante hoc a non fuit verū et immediate ante hoc a fuit verum. sed hoc est eius contrarium non immediate ante hoc. A fuit verum vbi negatio preponitur qd contradicit huic immediate ante hoc a fuit verum. et ideo concedatur ꝙ immediate ante hoc a fuit verum. et immeditate ante hoc a non fuit verum. negetur. tamen ꝙ non immediate ante hoc a fuit falsum. Et pro hoc respondetur ad secundum argumentum. quando hoc arguitur sic. immediate āte hoc a fuit verum et immediate ante hoc a fuit falsum. ergo simul est verum et falsum. negando consequentiam. sed concedatur ꝙ duo contradictoria fuerint vera sed non simul fuerint vera. loquendo de simultudine instantanea. Nam secundum aliq̄s duplex est simultas scilicet instantanea et temporanea.

Temporanea est ad quam sufficit existentia pro eodem tempore secundum diuisas partes. et isto modo concedo ꝙ duo contradictoria sunt simul vera vel immediate ante hoc fuerint falsa simul. Simultas instantanea ē ad ad quam requiruntur extrema coexistentia pro eodem instanti. et isto modo loquendo de simultate. negetur ꝙ duo contradictoria sunt simul falsa. Et sic patet solutio.

Decimo arguitur sic. Hec consequentia est bona/

Contingit vos currere. ergo contingit vos non currere. quia propositio de contingenti ad vtrunlibet habet cōuerti per oppositas qualitates. ꝛ arguēdo a conuertente ad suam conuersā est consequentia bona. et ꝙ non valet probatur. quia si illa valeat. tunc valeret eius cōuersa. sed sic non. ergo ꝛc et ꝙ non valet ꝓbatur sic. et pono ꝙ vos non sitis. tunc patet ꝙ an̄s est verum et ꝯn̄s falsum. et ꝙ antecedens sit verū. probat'. q' eius opposi' est falsum. s. necesse est vos currere

¶ Item impossibile ē vos sedere. ergo cōtingit vos nō sedere. patet q̄ña a subalternāte ad suā subalternatā. et āns ꝫ vex cū a pura priuatiōe ad hitū īpossibilem ē regressio et q̄ns est fl̄m. q2 eius oppom̄ est vex. s. impossibile est vos currere. ergo ɽc. ¶ Pro isto dicatur distinguēdo de illo termino cōtigit. quia aliq̄n inuenitur cōuertibilis cū isto terio possibile. et alī cū hoc verbo est supplēte vicem per circūlocutionē huius verbi pōt et idem est dicere. cō tingens est possibile et contingēs eē pōt esse quod est possibile ē contingēs vt contingit q̄ deus est. i. est possibile q̄ deus est et isto modo ꝓpō de contingen ti subalternaꝝ ꝓpositioni de necessario cū eodē dicto vel synonimo. vt necē est deum esse et cōtingit deum eē subalternanꝝ. et ille cōtingit deū eē et im possibile est deū eē cōtradicūt. Et similiter contingit deū eē et contingit deū non eē. et ista ꝯtingit deū non esse subalternaꝝ huic īpossibile est deū eē et q̄ ad eq̄pollentias. De ꝑpōne et postpositione negationis in istis modalibus dicendū est sicut in ꝓpōnibus de inesse vt patebit proximo argumēto et isto mō dici solet. Contingēs nō valēs ad oppositū. quia nec talis propositio de contingenti isto modo debet cōuerti per oppositas qualitates. Et q̄ ad con uersiones taliū ꝓpōnū sic stantiū in figura debēt eedē regule obseruari que seruantur i ꝓpōnibus de inesse. vt contingit. nullū homiem eē aial. ergo cō tingit nullū aial eē hominem masculum. et sic etiā fit cōuersio per accidens Conuersio per cōtrapositionē tenet in aliq̄bus ſꝫ non vniuersaliter nec est vera (credo) conuersio approbata a philosopho.

In primo eni Priorum recitat Aristoteles conuer sionē vniuersalis negatiue et particularis affirmatiue simpliciter cōuertū tur. et vniuersalis affirmatīe per accn̄s. Sed certe ibidē dicit q̄ p̄ticularis negatiua non conuertitur. et propter hoc alii volūt tenere ꝯuersionem per contrapositionē q̄uis non habeꝝ a philosopho. Dicūt ei q̄ vl'is affirmatia et particularis affirmatiua debēt cōuerti p contrapositionē preterq̄ in teris transcēdētibus et hoc generaliter vt bene seq̄tur. ois hō est aial. ergo oē nō aial est non hō. homo nō est anial. ergo quoddā non aial est non homo. nō tamē sequiꝝ. omnis res est ens. ergo omne non ens est nō res. Additio bona Ratio quia non sequiꝝ. ergo oē nō ens est non res. quia āns est verū et conse quens fl̄m cū subm̄ ꝯn̄tis non supponat pro aliquo nam de nullo verū ē di cere q̄ sit non ens. Sed particularis negatiua nullo modo dꝫ conuerti sal tem generaliter. et propter hoc dicunt quidam q̄ debet dici Cati per cōtra. et non Cato. verūtn̄ cū cōuersio per cōtrapositionē nō sit generalis nec au ctoritate fūdata oportet istam extollere imo melius est per correctionē illius opinionis. dic Cati per cōtra. aliter corrigendo sic dicere (sic fit conuersio ra ra. vel aliter generalius dicere. sic fit conuersio nulla. q̄uis eni contingit dare tales ꝓpositiones conuertibiles non tamē cōuertuntur propter aliquā conuersionem. Et ista est leuior via inter alias r̄n̄sio. ergo dicit q̄ ꝓpositio de necessario vel impossibili et de contingenti debent conuerti sicut cathegori ca sui dicti vt pꝫ per Aristoteꝉ. primo priorum circa principium. vt necesse ē deū eē. sic debet cōuerti. ergo necesse est ens deum esse Impossibile est homi nem eē currens. ergo impossibile est currens eē hominem. et sic de aliis. Et si cathegorica sui dicti non potest conuerti. vt contingit de particulari nega tiua. tunc nec ipsa propositio modalis cuius est dictū et sic ꝓpō de necessario.

de contingēti et ipossibili illa q̄ participant talē terminū necessariū contingens vel ipossibile. Sed voco talē ꝓpōem nccām cōtingentē vel ipossibilē illā cuius sigtū primariū necē contingēs vel ipossibile est esse

Sed alio modo sumitur contingens pro re que potest esse et non esse indifferēter. et talis est duplex. contingēs natū. et cōtigens ad vtrūlibet. ¶ Contingēs natū est determinare verum vel falsū. ¶ Contingens ad vtrūlibet est illud quod ē ideterminate verū vel indetermiate falsū. Et voco illud determiate verū quod est verū pro aliquo instāti et non potest qui sit vel fuit verū pro eodē instāti. vt ista sūt determinate vera. Ego sum. ego fui. Sol orietur cras. ¶ Determiate fl'm ē illud quod est fl'm pro aliquo instāti et nō potest qui sit vel fuit falsū pro eodē istanti. vt ista. ego nō sū. ego non fui. Et ista dicūt contigentia nata quia altera pars ē sēp determinata a natura. ¶ Indetermiate verū est illud qđ est verum pro aliquo istanti et pōt esse q̄ non sit verū nec fuit verū ꝓ eodē instāti. vt ego curram potest esse vera q̄ ista nec est nec erit vera. ego curram ꝛc.

¶ Indeterminate falsū est illud quod est falsum pro aliquo istāti et potest esse q̄ nec est nec fuit falsū pro eod instāti. vt ista. Ego nō scribā. ego nō ero eps. qꝛ si fuit falsa ideterminate fl'a et talia dicūt cōtingētia ad vtrumlibet quia vtraq̄ pars ē indetermiate a natura. hoc verbū contingit corrn̄s contigenti isto mō dicto cōuertit' vel eq̄pollet huic v'bo pōt. vt idē est ad istū sensū. cōtingit me currere. et pōt esse q̄ ego curro. vel ego non curro.

Propositio ergo de contingenti p'io mō dicta non habꝫ querti per oppositas qualitates. vnde secundū primū sensū non sequit' contingit me non currere. ergo contingit me currere.

Sed propositio de contingenti secundo modo dicta habet conuerti per oppositas qualitates. et scđm istū sensū sequitur contingit me nō scribere. ergo cōtingit me scribere. et tūc foret tā an̄s q̄ q̄n̄s falsū in cāsu posito. nec sequitur secūdū istū sēsū. impossibile ē me scribere. ergo contingit me non scribere. quia sic non subalternantur

Nota q̄ conuersio per oppositas qualitates est qn̄ ad ꝓpōnem cōuersā sequit' aliqua ꝓpō cū mō synonimo et dicto opposito vt qtigit ad vtrūlibet me scribē. g° cōtigit ad vtrūlibet me nō scribere

Undecimo sic arguitur hec consequētia est bona


